Morbio 23 (98)
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Forma iuramenti

Ego Alexander de Vicecomitibus Prepositus Prepositure ecclesie sancti Stephani de Olzatetolona Mediolanen. dioc. Ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie et domino nostro domino Innocentio pp. viij ac eius successoribus canonice intrantibus non ero in consilio consensu tractatu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu quod contra alicuius eorum personam vel in iniuriam aut in ecclesie eiusdem seu sedis apostolice auctoritatis honoris privilegiorum iurium vel apostolicorum statutorum ordinationum reservationum dispositionum et mandatorum derogationem vel preiudicium machinationes aut conspirationes fiant et si ac quotiens aliquod horum tractari sicut scivero id posse ne fiat impediam et quantotius comode potero eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam pervenire possit significabo consilium vero quod michi per se aut nuntios seu litteras credituri sunt ad eorum dampnum me sciente nemini pandam ad retinendum et defendendum Papatum Romanum et Regalia sancti Petri contra omnem hominem adiutor ero ero auctoritatem honorem privilegia ac iura quantum in me fuerit potius augere et promovere statutaque ordinationes reservationes dispositiones et mandata huiusmodi observare ac eis intendere curabo Legatos sedis eiusdem honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo hereticos scismaticos et qui aliqui ex domino nostro successoribusque predictis rebelles fuerint pro viribus persequar et impugnabo Possessiones vero ad Preposituram meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquomodo alienabo etiam cum consensu Capituli dicte ecclesie inconsulto Romano Pontifice sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia

R. Barch

L. de Marcellinus

Oct.

A. de Muniarellis

H. F. Rubini

visa iur

2) (1488 [illegible]
145 Alexander de Vicecomitibus
XXIX Propst v. S. Stephanus de Bglio[illegible]

Forma iuramenti

Morbio 23 (98)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1857972791-10